

illa Jezabel? Neque incommodat, quod supra, vers. 10, dicitur de Jezabele: *Nec erit, qui sepelet eam*, quia ex usu Scripturæ, sicut eum ex magno numero, pauci fecerunt aliquid, omnes absolutè fecisse negantur: sic etiam cum ex toto cadavere exigua pars tumulata fuerit, totum cadaver dicitur insepultum. Sed verisimilius est partes illas nunquam fuisse sepulturæ mandatas, tum quia sic prædixerat propheta supra, versiculo decimo, tum quia cum audivit Jehu ex toto cadavere exiguum partem esse relictam, recordatus est quod dixerit Elias audiente se, regi Achab: *Et erant carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæcine est illa Jezabel?* quod sanè non facerent, nisi semesa ossa prætereuntem oculis apparerent.

VERS. 37. — HÆCCINE EST ILLA JEZABEL? VOX, illa, magnum habet pondus; continet enim superiorem statum et gloriam Jezabelis, quam cum sordidissimâ atque miserimâ fortunâ componit. Quasi dicat: Hæccine est illa superbissima, crudelissima, tam studiosa pulchritudinis, quam modò pietas stibio oculis, et capite mitrâ redimito videhamus, quæ suo regem regnumque moderabatur arbitrato, etc.? En quò redacta illa pulchritudo à naturâ concessa, et quotidianis aucta lenociniis, in regii fastus, en terror honorum, etc. Illud ad EXCAPUT X.

4. Erant autem Achab septuaginta filii in Samariâ. Scripsit ergo Jehu litteras, et misit in Samariam ad optimates civitatis et ad majores natu et ad nutritios Achab, dicens:

2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, et currus, et equos, et civitates firmas, et arma,

3. Eligite meliorem, et eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, et eum ponite super solum patris sui, et pugnet pro domo domini vestri.

4. Timuerunt illi vehementer, et dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo; et quomodò nos valebimus resistere?

5. Miserunt ergo præpositi domus, et præfecti civitatis, et majores natu, et nutritii ad Jehu, dicentes: Servi tui sumus; quaecumque jusseris faciemus, nec constituemus nobis regem; quæ-

trem addo, Judeos antiquos, qui ex Hebræo in Hispanicam linguam Biblia transtulerunt, pro Jezabele, convertisse Isabel. Fortassè bene: licet enim Jezabel nomen sit Sidonium, fieri tamen solet, ut nomen maximè proprium nationibus multis et linguis commune sit.

Chrysostomus, homiliâ vigesimâ quintâ in Epistolam ad Romanos, Jezabelis exemplo docet gravius illos esse puniendos, qui aliis, ut peccarent, faces addiderunt. Cum enim multa contra scandalum graveret suo more dixisset, in expositione morali dixit: « Non propriorum tantummodò malorum rationem dabimus, sed et eorum, quibus aliis scandalum præbemus. Quòd si etiam per se ipsas graves sunt nostrorum delictorum penas, ubi et istæ accedent, quando salvabimur? Non enim putamus nos excusationem habituros, si quando delictorum socios invenierimus: nam istud supplicium magis augebit, quandoquidem et serpens magis punitus est quam mulier, quemadmodum et mulier plus quam vir, et Jezabel majores penas dedit quam Achab vineæ raptor; ipsa quippe universum istud negotium texerat, regique lapsus occasionem dederat. Igitur et tu quoque, si reliquis perditionis causa fueris, graviora patieris quam qui per te subversi sunt. » Vide reliqua.

CHAPITRE X

1. Achab avait soixante-dix fils dans Samarie. Et Jehu écrivit des lettres qu'il envoya aux principaux de Samarie, aux anciens et à ceux qui nourrissaient les enfants d'Achab, disant:

2. Aussitôt que vous aurez reçu ces lettres, vous qui avez entre vos mains les enfants de votre maître, des chariots, des chevaux, des villes fortes et des armes,

3. Choisissez, si vous l'osez, le plus considérable d'entre les fils de votre maître, et celui qui vous plaira davantage, et établissez-le sur le trône de son père, et combattez pour la maison de votre seigneur.

4. Ceux-ci eurent une grande peur, et dirent: Deux rois n'ont pu se soutenir contre lui; et comment donc pourrions-nous lui résister?

5. Les maîtres du palais du roi, les principaux officiers de la ville, les anciens, et ceux qui nourrissaient les princes, envoyèrent donc dire à Jehu: Nous sommes vos serviteurs;

quem tibi placent, fac.

6. Rescripsit autem eis litteras secundò, dicens: Si mei estis et obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, et venite ad me hæc eadem horâ cras in Jezrahel. Porrò filii regis, septuaginta viri, apud optimates civitatis nutriebantur.

7. Cumque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, et occiderunt septuaginta viros, et posuerunt capita eorum in cophinis, et miserunt ad eum in Jezrahel.

8. Venit autem nuntius, et indicavit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos juxta introitum portæ usque mane.

9. Cumque diluxisset, egressus est, et stans dixit ad omnem populum: Justi estis; si ego conjuravi contra dominum meum, et interfeci eum, quis percussit omnes hos?

10. Videte ergo nunc quoniam non occidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, et Dominus fecit quod locutus est in manu servi sui Eliæ.

11. Percussit igitur Jehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, et universos optimates ejus, et notos, et sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquæ.

12. Et surrexit, et venit in Samariam. Cumque venisset ad cameram pastorum in viâ,

13. Invenit fratres Ochoziæ regis Juda, dixitque ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochoziæ sumus, et descendimus ad salutandos filios regis et filios reginæ.

14. Qui ait: Comprehendite eos vivos. Quos cum comprehendissent vivos, juglaverunt eos in cisternâ juxta cameram, quadraginta duos viros, et non reliquit ex eis quemquam.

15. Cumque abiisset inde, invenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi, et benedixit ei. Et ait ad eum: Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Jonadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei

nous ferons tout ce que vous nous commandez. Nous ne nous choisissons point de roi; mais faites tout ce qu'il vous plaira.

6. Il leur écrivit une seconde fois, et leur manda: Si vous êtes à moi, et que vous voulez m'obéir, coupez la tête aux fils de votre roi, et venez me les apporter demain, à cette même heure, à Jezrahel. Or les fils du roi, au nombre de soixante-dix, étaient nourris chez les principaux de la ville de Samarie.

7. Lorsque ceux-ci eurent reçu les lettres de Jehu, ils prirent les soixante-dix fils du roi, et les tuèrent; ils mirent leurs têtes dans des corbeilles, et les envoyèrent à Jezrahel.

8. On vint donc annoncer cette nouvelle à Jehu, et ses gens lui dirent: Ils ont apporté les têtes des enfants du roi. Sur quoi il leur dit: Mettez-les en deux tas à l'entrée de la porte de la ville, jusqu'à demain matin.

9. Le lendemain il sortit au point du jour, et, s'arrêtant en présence de tout le peuple, il leur dit: Vous êtes justes; si j'ai conjuré contre mon seigneur, et si je l'ai tué, qui est celui qui a tué tous ceux-ci?

10. Considérez qu'il n'est tombé à terre aucune des paroles que le Seigneur avait prononcées contre la maison d'Achab, et que le Seigneur a accompli tout ce qu'il avait prédit par son serviteur Elié contre cette famille impie.

11. Jehu fit mourir ensuite tout ce qui restait de la maison d'Achab dans Jezrahel, tous les grands de sa cour, ses amis et les prêtres qui étaient à lui, sans qu'il restât rien de ce qui avait eu quelque liaison à sa personne.

12. Après cela il vint à Samarie. Et lorsqu'il était en chemin, près d'une cabane de pasteurs,

13. Il trouva les frères d'Ochozias, roi de Juda, et leur dit: Qui êtes-vous? Ils lui répondirent: Nous sommes les frères d'Ochozias. Nous étions venus ici pour sauver les fils du roi et les fils de la reine.

14. Et Jehu dit: Prenez-les vifs. Et, les ayant pris ainsi, ils les menèrent à une caverne pres de cette cabane, où ils les égorgèrent, sans en épargner un seul de quarante-deux qu'ils étaient.

15. Etant parti de là, il trouva Jonadab, fils de Rechab, qui venait au-devant de lui; et il le salua, et lui dit: Avez-vous le cœur droit à mon égard, comme le mien l'est à l'égard du vôtre? Oui, lui répondit Jonadab. S'il est ainsi, dit Jehu, donnez-moi la main. Jonadab

manum suam. At ille levavit eum ad se in currum.

16. Dixitque ad eum : Veni mecum , et vide zelum meum pro Domino. Et imposuit in currum suo

17. Duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria usque ad unum, juxta verbum Domini quod locutus est per Eliam.

18. Congregavit ergo Jehu omnem populum, et dixit ad eos : Achab coluit Baal parvum, ego autem colam eum amplius.

19. Nunc igitur omnes prophetas Baal et universos servos ejus et cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me; nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal : quicumque defuerit, non vivet. Porrò Jehu faciebat hoc insidiosè, ut disperderet cultores Baal.

20. Et dixit : Sanctificate diem solemnem Baal. Vocavitque ,

21. Et misit in universos terminos Israël, et venerunt cuncti servi Baal; non fuit residuus ne unus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal, et repleta est domus Baal à summo usque ad summum.

22. Dixitque his qui erant super vestes : Proferite vestimenta universis servis Baal. Et protulerunt eis vestes.

23. Ingressusque Jehu, et Jonadab filius Rechab, templum Baal, ait cultoribus Baal : Perquirite, et videte ne quis forte vobiscum sit de servis Domini, sed ut sint servi Baal soli.

24. Ingressi sunt igitur ut facerent victimas et holocausta. Jehu autem præparaverat sibi foris octoginta viros, et dixerat eis : Quicumque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus vestras, anima ejus erit pro animâ illius.

25. Factum est autem cum completum esset holocaustum, præcepit Jehu militibus et duobus suis : Ingremini, et percute eos, nullus evadat. Percusseruntque eos in ore gladii et projecerunt milites et duces. Et iterunt in civitatem templi Baal.

26. Et protulerunt statuam de fano Baal, et combusserunt,

la lui donna. Ensuite Jehu le fit monter dans un chariot.

16. Et lui dit : Venez avec moi, et vous verrez mon zèle pour le Seigneur. Et l'ayant fait asseoir dans son chariot,

17. Il le mena à Samarie. Etant entré dans la ville, il frappa tous ceux qui restaient de la maison d'Achab, sans en épargner un seul, selon la sentence que le Seigneur avait prononcée par Elie.

18. En même temps Jehu fit assembler tout le peuple, et lui dit : Achab a rendu quelque honneur à Baal, mais je veux lui en rendre plus que lui :

19. Qu'on me fasse donc venir maintenant tous les prophètes de Baal, tous ses ministres et tous ses prêtres : qu'il n'y en manque pas un seul, car je veux faire un grand sacrifice à Baal; quiconque ne s'y trouvera pas, sera puni de mort. Or ceci était un piège que Jehu tendait aux adorateurs de Baal, pour les exterminer tous.

20. Et il dit : Qu'on publie une fête solennelle à l'honneur de Baal.

21. Et il envoya dans toutes les terres d'Israël pour appeler tous les serviteurs de Baal, qui y vinrent tous sans qu'il en manquât un seul. Ils entrèrent dans le temple de Baal, et la maison de Baal en fut remplie depuis un bout jusqu'à l'autre.

22. Il dit ensuite à ceux qui gardaient les vêtements : Donnez des vêtements à tous les serviteurs de Baal. Et ils leur en donnèrent.

23. Et Jehu, étant entré dans le temple de Baal avec Jonadab, fils de Rechab, dit aux adorateurs de Baal : Prenez bien garde qu'il n'y ait parmi vous aucun des serviteurs du Seigneur, mais seulement les serviteurs de Baal.

24. Ils entrèrent donc dans le temple pour offrir leurs victimes et leurs holocaustes. Mais Jehu avait posté quatre-vingts hommes hors du temple; et il leur avait dit : S'il échappe un seul homme de tous ceux que je vous livrerai entre les mains, votre vie me répondra de la sienne.

25. Après donc que l'holocauste eut été offert, Jehu donna l'ordre à ses soldats et à ses officiers, et leur dit : Entrez; tuez, et qu'il ne s'en sauve pas un seul. Et les officiers, ainsi que les soldats, les passèrent tous au fil de l'épée, et les jetèrent dehors. Ils allèrent ensuite à la ville où était le temple de Baal.

26. Ils tirèrent du temple la statue de Baal, et la brûlèrent

27. Et comminuerunt eam. Destruerunt quoque ad eum Baal, et fecerunt pro eâ latrinas usque in diem hanc.

28. Delevit itaque Jehu Baal de Israël;

29. Veruntamen à peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israël, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Bethel et in Dan.

30. Dixit autem Dominus ad Jehu : Quia studiosè egisti quod rectum erat et placebat in oculis meis, et omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, fili tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israël.

31. Porrò Jehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israël in toto corde suo, non enim recessit à peccatis Jeroboam, qui peccare fecerat Israël.

32. In diebus illis cepit Dominus tædere super Israël; percussitque eos Hazael in universis finibus Israël.

33. A Jordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad, et Gad et Ruben, et Manasse, ab Arœr, quæ est super torrentem Arnon, et Galaad, et Basan.

34. Reliqua autem verborum Jehu, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israël ?

35. Et dormivit Jehu cum patris suis, sepelieruntque eum in Samaria. Et regnavit Joachaz filius ejus pro eo.

36. Dies autem quos regnavit Jehu super Israël viginti et octo anni sunt in Samaria.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ERANT AUTEM ACHAB SEPTUAGINTA FILII IN SAMARIA. Minutus fuerat Elias Achab libro tertio, capite vigesimo primo, non esserelinquendum de domo Achab miogentem ad parietem, non clausum et novissimum. Quo loquendi genere, ut diximus, excindenda funditus significabatur tota domus Achab, et illius extirpanda progenies; quod negotium isdem propè verbis mandatum fuit Jehu ab alio propheta. Quod dum rex novus præstare aggreditur, de regis Achab sobole diligenter inquirat, filiosque in Samaria plurimos apud nutritios virosque nobiles habitare cognovit;

27. Et la réduisirent en poussière. Ils détruisirent aussi le temple de Baal, et firent à la place un lieu destiné pour les besoins de la nature, qui subsiste jusqu'à aujourd'hui.

28. Ainsi Jehu extermina Baal d'Israël.

29. Mais il ne se retira point des péchés de Jéroboam fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël, et il ne quitta point les veaux d'or qui étaient à Bethel et à Dan.

30. Cependant le Seigneur dit à Jehu : Parce que vous avez accompli avec soin ce qui était juste et ce qui était agréable à mes yeux, et que vous avez exécuté contre la maison d'Achab tout ce que j'avais dans le cœur, vos enfants seront assis sur le trône d'Israël jusqu'à la quatrième génération.

31. Cependant Jehu n'eut pas soin de chercher de tout son cœur dans la loi du Seigneur Dieu d'Israël, et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, qui avait fait pécher Israël.

32. En ces jours-là, le Seigneur commença de se lasser des enfans d'Israël; et Hazael les frappa sur toutes leurs frontières,

33. Depuis le Jourdain vers l'orient; il ruina tout le pays de Galaad, de Gad, de Ruben et de Manassé, depuis Arœr, qui est le long du torrent d'Arnon, et Galaad, et Basan.

34. Le reste des actions de Jehu, tout ce qu'il a fait et sa valeur dans la guerre, a été écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

35. Jehu s'endormit avec ses péchés, et fut enseveli à Samarie; et son fils Joachaz régna en sa place.

36. Le temps que Jehu régna sur Israël, en Samarie, fut de vingt-huit ans

non minus septuaginta. Quod sanè mirandum non est, cum uxores reges habeant plurimas, neque pauciores concubinas, quas proli multiplicanda gratiâ uxoris inducunt. Ex illis nullum arbitrò ex Jezabele natum; neque fortasse plures enixa est quam Joram, quem proximè interfecit Jehu; et Athaliam, quæ nupsert alteri Joram filio Josaphat. Hòs igitur omnes tollendos curavit, ne quod ex illa seclerata familiâ semen superesset.

SCRIPTIS ERGO JEHU LITTERAS, ET MISIT IN SAMARIAM AD OPTIMATES CIVITATIS (1), etc. ISRÆL ILLI (1) Hebræus : *Misit in Samariam ad opti-*

terâ aliquid videntur continere ironicum, et minari infortunium aliquid illis qui id admiserunt, quod videntur propriè commendare literæ, cujusmodi multa occurrunt in Scripturâ, et nos aliquot adduximus exempla ad illud libro tertio, capite vigesimo secundo, versiculo 15: *Ascende, et vade prosperè.* Jubet ergo ut illorum exploret animos, ut ex omnibus filiis, aut etiam nepotibus Achab (omnes enim posteros appellari filios nemo nescit) illum sibi regem assumant, qui minùs eo nomine ac titulo videatur indignus. Quod illi facturi videbantur non injustè, cum optimates essent illius civitatis regiæ, et majores natu, quorum consiliis alii obsequerentur non invitati, cum in illis scirent plus esse prudentiæ, et in illâ civitate haberent parata omnia quæ ad regiam majestatem et inaugurationem videbantur necessaria; quales sunt currus et equi, et reliqua, quæ regium illud nomen comitantur et promouent; et quando neque arma desunt, neque propugnaculum, pro conservando quem elegerint regem, acriter dimicarent. Illi verò cum facilè cognoscerent, quò spectarent literæ illæ, et quæ laterent minæ in illâ ironiâ et simulatâ permissione, timerunt valdè, cum ita instructum viderent Jehu, ut neque duo reges illius impetum summates Jezrahel. Legendum maluerim: *Ad optimates Israël, vel, ut habent Vulgata et Septuaginta, Samaritæ.* Sed Chaldaicus, Syriacus, Arabis, et interpretes Hebræo inhærentes tenent: *Optimates Jezrahel.* Creduntur hi optimates Jezrahel, et nutrites illorum Achabi, ut furoris Jelu in Jezrahel ingrediens discrimen evitaret, recepisse sese Samaritiam, regni metropolin, urbem aptam frangendis Jelu conatus. Sed hæc omnia ternerè. Legimus v. 4, respondisse illos, ad quos Jelu legatos miserat, *propositos domis, præfectos civitatis, et nutritos*, respondisse, inquam, præsto se ad omnia futuros. Ita verò illi loquuntur, veluti Samaritani cives essent, cum ibi et dignitatem, et munera, et sedes haberent. Jezrahelitas filios fuisse, ne verbo quidem innuit Scriptura, quin et contraria omnia eis illâ colliguntur.

AD SUBSTITUOS ACHAB, ad optimates urbis, quibus educandi septuaginta filii Achabi traditi fuerunt, ut constat interitus v. 5. Sed littera textus fert: *Ad nutritos Achab*, ad præceptores nempe, qui juveniles ejus mores moderati fuerant, ad viros à consiliis. Perique tamen præferunt propositam superius à nobis explicationem, cum etiâ series historiciæ penitus favet. Id faciliè moris obinebat, ut filii principum educarentur in ædibus optimatum majorum urbium. Felicem Israelitarum statum post solam captivitatem prænuuntians Isaias, futurum dicit, ut reges et reginas nutritos et nutrites habeant. Roboamus rex Juda educavit filios suos curabat in præcipuis uribus Juda et Benjamin.

(Calmet.)

stinere, neque exitum declinare poterint. Quare cum è re suâ et publicâ futurum existimarent, nihil contra novi regis consilia moliri, responderunt paratos se esse facere quæcumque vellet, et cum jam regem haberent, à cujus imperio et fide recedere non putabant, de constituendo rege neque egisse, neque acturos in posterum. Quare significaret quid actum vellet, et à suâ in ipsum observantiâ speraret omnia. (1)

VERS. 6. — SI NEI ESTIS, ET OBEDITIS MIHI, TOLLITE CAPITA FILIORUM DOMINI VESTRI. Accepit gratius optimatum studia Jelu, et promissorum pignus aliquod, et documentum ab illis præberi voluit. Misit igitur litteras iterum, quibus significavit, si sibi fidem haberi velint, neque quicquam agere simulatè, filiorum domini sui capita præcederet, illaque ad se crastinâ luce, eadem, quâ litteræ dabatur, horâ in Jezrahel mitteret. Qui, acceptis litteris, nihil cunctati abscessa filiorum septuaginta capita in cophinis, sicut imperatum fuerat, in Jezrahel transmiserunt. Quæ Jelu in portâ civitatis, in loco nimirum frequenti et celebri, proponi jussit. (2)

(1) VERS. 5. — ELIGITE MELIOREM... ET EDM PONITE SUPER SOLIUM PATRIS SEI, ET PUGNETE PRO DOMO DOMINI VESTRI. Epistolis hisce arrogantibus, captiosis, et insultantibus frociter et superbè bellum indicit civibus Samaritæ. Tentat illos in fide, quâ domi Achabi inhærent, sed arroganter, ita ut sperare illos, non timere demonstret, quin et inbecillitati illorum insultet. (Calmet.)

(2) VERS. 7. — OCCIDERENT SEPTUAGINTA VIROS. Non peccavit Jelu jubendo occidi septuaginta filios Achab, quia id fecit jussu Dei, qui summus vite tam nocentum quam innocentum est Dominus, eò quòd essent filii nocentis Achab, cujus utpote nemissimi semen omnne, omnemque stirpem funditis delere volebat Dominus; verisimile enim est inter hos septuaginta aliquos fuisse minores et innocentes, nec idololatriæ Achab capaces vel participes. Peccarunt tamen Samaritæ, quòd hoc mandatum Jelu de eis occidendis executi sint, non ut ministri judicis, sed timore Jelu, quem nesciebant esse regem à Deo electum, et ab Eliseo unctum, ideòque nesciebant eum esse Judicem Israël, ac habere à Deo potestatem occidendi hos filios Achab. Fortè etiam peccavit Jelu jubendo eis hoc facinus, si prius non scitis eis probavi suam auctoritatem, et jus regni sibi à Deo datum, nisi ipsi illud aliunde faciliè scire poterint, ita Abulensis.

ET POSUERUNT CAPITA EORUM IN COPHINIS. Appositè ad culpam Achab, qui in cophinis collegerat uvas ex vineâ Nabothi à se occisi; idcirco igitur in penam peccati filiorum ejus capita in cophinis deferuntur ad Jelu. In eo puniunt tum ipse, tum filii, in quo peccarunt. (Corn. à Lap.)

VERS. 9. — JUSTI ESTIS, SI EGO CONJURAVI CONTRA DOMINUM MEUM, ET INTERFECI EDM, QUI PERCESSIT OMNES HOS (1)? Cùm capita in loco statuisset frequenti ac publico, nihil se fecisse dicit tyrannicè, sed justè omnia, alioqui neque justè fuissent optimates populi, et majores natu, qui ex semine regio septuaginta viros interfecerunt. Sed ex eo tam prompto obsequio, quo novi regis excepere mandata, et ex eo studio, quo tot viros, quos prius tam observabant officiosè, utpote regum aut filios aut nepotes, usque adeò alacriter et promptè sustulerunt, docet Jelu illam rerum conversionem ex Dei decreto, non ex humano proventisse consilio; qui quid factum vellet, jam antea per Eliam prophetam significarat, qui ex domo Achab nullum prædixit futurum esse superstem. Illa igitur omnia tam naturâ suâ difficilia perfecta sunt brevi, non tam hominum industriâ atque virtute quàm divino consilio.

VERS. 11. — PERCUSSIT IGITUR JELU OMNES, QUI RELIQUI ERANT DE DOMO ACHAB IN JEZRAHEL, ET UNIVEROS OPTIMATES EIUS, ET NOTOS, ET SACERDOTES. Non satis habuit extinxisse omnem sobolem regis Achab, sed ne quid ex ejus domo reliquum esset, illos tollendos curavit, qui ex ejus domo vel familiâ dici poterunt, quales fuerant illi qui regis optimates fue-

VERS. 8. — PONITE EA AD DUOS ACERVOS JUXTA INTROITUM PORTE USQUE MANE. Qui cæsa juvenum principum capita delerebant, cum noctu pervenissent, in urbem admissi non sunt, sed imperatum est excubiis, ut capita illa accipientes, ponerent in egressu portæ urbis, ubi conventus populi et commercia habebantur, ut palam omnibus essent. (Calmet.)

(1) Vous êtes justes; si j'ai juré contre mon seigneur, et si je l'ai tué, qui est celui qui a tué tous ceux-ci? Il voulut, comme le remarque un ancien Père, convaincre tout Israël que ce n'était point un homme, mais Dieu même que l'on devait regarder comme étant l'auteur unique de tout ce qui était arrivé. Car c'est, dit ce Père, comme s'il leur avait dit: Si l'on croit que j'ai fait mourir Joram par un esprit de révolte et pour usurper son trône, qui est celui qui a tué ce grand nombre d'autres princes? Et ne devez-vous pas juger par là que c'est la divine justice qui s'est servie de tels ministres qu'il lui a plu de choisir pour exercer sa vengeance, et pour accomplir ce que les prophètes avaient prédit, leurs prédictions étant toujours véritables? Et en effet, un événement si surprenant faisait connaître très-clairement que c'était un coup de la toute-puissance du bras de Dieu, et que Jelu n'aurait jamais pu exécuter de la sorte une justice si terrible, à moins que Dieu même n'eût frappé tous les grands de Samarie

8. S. XI.

runt, quorum videlicet consilio res illas administravit, quas modò et regis capite, et tanti imperii jacturâ castigat Deus. Item notos, qui neque regis fuerunt familiares et assidui, quique tantorum scelerum existimantur fuisse consortes et sacerdotes: hi fortassè sunt quos domi aluit Achab, quique principes fuerunt in vitulorum nefario cultu, aut in sacris Baal. Sed fortassè illi hoc sacerdotibus dicuntur, qui principem locum apud regem tenebant, quique vocari possunt *ἀρχαῖοι*, id est, aula principes; quo modo Davidis filii sacerdotes dicuntur 2 Regum c. 8, v. 18, cùm tamen non essent ex Leviticâ tribu, quia magno apud regem in honore fuerunt. Vide quæ nos ad illum locum: neque hæc mihi displicet explicatio posterior, hos autem superesse noluit, tum ut omnino tota domus interiret Achab, quam ut deleret funditis, à Domino mandatum acceperat; tum ne quis turbare postea posset novam formam republicæ superiorum regum memoriâ, à quorum cæde non videbatur abuisse perfidia.

VERS. 12. — ET SURREXIT, ET VENIT IN SAMARIAM, CUMQUE VENISSET AD CAMERAM PASTORUM, IN VIA INVENIT FRATRES OCHOZIE. Cùm rem communem jam constituisset in Jezrahel, et quicquid ad regem Achab pertinebat, excidisset funditis, ut stabiliret, quæ supererant, inde quamprimum evolavit in Samariam, quæ cum sedes esset regis regniq; metropolis, ibi videbantur regnum resque publica constitui atque administrari posse commodius: cùmque ventum esset ad locum qui Hebræicè dicitur *beth eked haroim*, de cujus significatione et proprietate postea, occurrunt Ochozias fratres, qui ex Jerusalem fortassè, aut ex alio loco regni Juda profecti sunt, ut Ochoziam fratrem, quem mortuum esse nesciebant, salutarent, ejusque filios, quos secum videbatur adduxisse, ut rebus bellicis

d'une espèce d'étourdissement, et imprimé au fond de leurs cœurs une terreur extraordinaire pour celui qu'il avait chargé de l'exécution de ses vengeances. Il est donc juste que ceux qui paraissent les plus puissants sur la terre, soient étonnés d'un exemple si redoutable, et qu'ils se portent avec d'autant plus d'ardeur à faire régner la piété parmi les peuples, qu'ils voient les personnes de deux rois impies accablées en un instant par tout le poids de la divine justice, et soixante-dix autres princes, sur le moindre ordre de celui que Dieu envoyait contre la maison d'Achab, immolés tous à la fois comme des victimes de l'impunité de leurs pères. (Sacy.)

9

assuescerent, cum comitari voluit avunculum Joram regem Israel, cum vendicare sibi vellet Ramoth Galaad. Rogati porro de genere ac patria, responderunt se esse fratres Ochozia, qui officii gratia in Jerahelem proficiscebantur, ut fratrici regi, ipsiusque reginae filii, ejus studio ac voto obsecuti sunt, debitum impenderent obsequium. Quos statim eodem loco jugulari precepit.

Ille nobis observandum, primum hos fratres Ochozia, si filii fuere Joram, qui pater Ochozia fuit, non fuisse omnes ex Athalia, sed ex variis uxoribus et concubinis. Quis enim uterus tam fecundus esse poterat, qui quadraginta duos filios concipere atque eniti poterit? Uxores autem multas et concubinas habuisse Joram, et filios ex illis susceptos ferro esse devotos, legitur libro 2 Paralipomenon capite 22, ubi haec Joram ab Elia litteris accepit versiculo 14: *Ecce Dominus percussit te plagâ magnâ cum populo tuo, et filiis, et uxori- bus tuis, quod impletum esse constat ibidem versiculo 16: Suscitavit Dominus contra Joram spiritum Philistinorum et Arabum, qui confines sunt Aethiopiis, et ascenderunt in terram Juda, et vastaverunt eam, etc. Insuper et filios ejus, et uxores, nec remansit ei filius, nisi Joachaz, qui minimus natus erat.* Hic autem Joachaz idem est qui Ochozias. Quare cum alii Ochoziae fratres ante ipsum Ochoziam fuerint occisi, et ex omnibus unus tantum Ochozias, seu Joachaz dicitur esse reliquus, consequens est, ut dicamus, prius Athaliae tantum filios fuisse sublatos, uno excepto Ochozia, qui ipsius Athaliae filius fuit, et hos esse aliarum uxorum filios; vel fratres hoc loco Hebraeorum more cognatos esse: nam qui communem habent familiam et genus, fratres appellantur. Et hoc fortassis veritas.

Sed dicit hic aliquis: Si isti Ochoziae fratres non fuerint Athaliae filii, sed aliarum sive uxorum, sive concubinarum Joram, aut certe Ochoziae cognati, cur in illos tantopere saevit Jehu, ut ad unum omnes interimeret, cum illi tantum videretur potestas data ut insectaretur, deleteret domum Achab, ad quam illi tantum pertinebant, quos è Joram conceperat Athalia? Respondeo, duo Jehu in hac duorum regum ac regnorum vexatione spectare potuisse, alterum, ut penasumeret de Achab Jezabelisque peccatis, quod in mandatis acceperat à Deo; alterum, ut omnes seditionum causas praecideret: timere enim urdentem poterat ne viri potentes, quales

fuisse oportet, aut fratres, aut cognatos Ochoziae, aut ulcisci vellent illius mortem, aut aliquid moliri, quo Jehu consilia retardarent. Quae libet autem mora seu offensus maximè in ipsis imperii nascentis incunabulis, non solet, vel ad regis existimationem, vel ad expeditum regnandi cursum existimari levis.

Ubi Vulgatus, *camera pastorum*, Hebr. est, *beth eked*; Septuaginta, quasi nomen esset proprium, eodem modo reliquerunt *bethacad*; Chaldaeus, *in domo congregationis pastorum*; alii, *in domo aligationis*. Et quia dum tenduntur oves, alligari solent, quidam reddiderunt, *domum tonstrinae*, et hoc fortasse verum: id enim indicasse videtur Vulgatus, dum cameram appellat pastorum, ubi nimirum maxima esse videtur opportunitas pro tendendis gregibus. Neque haec explicatio sine fundamento est: nam cum in ovium tonsione dies ponatur geniales et laeti, ad quas advocatur amici, qui convivii excipiuntur splendidis, necesse est in pasceualibus agris domus sint amplae, et non omnino opererudi, ad quas viri lauti et non inelegantes ad rusticam illam celebritatem conveniant. Quales fuerunt illae, in quibus Nabal libro primo Reg. capite 25, et in quibus Absalom libro secundo capite 15, regio simile convivium instruxere. Eo igitur loco ubi Ochoziae fratribus occurrit Jehu, domus fuisse videtur ampla, et à pastoribus in ovium tonsione frequentata, quae loco nomen dedit. Sicut etiam domus alia, ubi non vulgares solum, sed splendidae etiam peragebantur nuptiae, quae juxta Hebraeorum morem celebrabantur in agris, vocabatur domus vulgi, à qua locus ille nomen accepit: de qua Jeremias capite 59, versiculo octavo: *Domum quoque regis, et domum vulgi succenderunt Chaldaei igne*. Vide quae nos eo loco pluribus. Sicut ergo domus illa vocari potuit domus nuptiarum aut nubentium, sic etiam haec domus, domus pastorum aut tonsionis nominari potuit. Ad extremum observo illos filios fratrum Ochoziae, et principes Juda, qui libro secundo Paralipomenon, capite vigesimo secundo, versiculo octavo, à Jehu dicuntur esse sublatis, diversos esse ab his Ochoziae fratribus. Nam hi ad cameram pastorum, et post Ochoziae mortem dicuntur occisi; illi autem ante Ochoziam in Jerahele, ut videtur textus ipse ostendere non obscure. Unde paulo ante fugerat Ochozias: *Cum ceteret, inquit, Jehu domum Achab, invenit principes Judæ, et filios fratrum Ochoziae, qui ministrabant ei,*

et interfecit illos. Ipsum quoque perquirens Ochoziam comprehendit, etc.

VERS. 15. — *CUMQUE ABITSET INDE, INVENIT JONADAB FILIUM RECHAB IN OCCURSUM SIBI, ET BENEDEXIT EI.* Quisnam fuerit iste Rechab, quodque Rechabitarum genus, diximus pluribus in nostris Commentariis super Jeremiam ad cap. 35, in principio, ubi de hoc Jonadab non nihil. Hi verò vitam agebant pastoritiam et sgristem: neque aedificaverunt domum, sed pastorum more construxere sibi tabernacula, quae facile ex uno loco in alium transferri poterant. Haec in illo Jeremiae loco. De hoc porro Jonadab, deque Rechabitarum instituto, lege Hieronymum epist. 15, quae est ad Paulinum, de Institutione Monachi. Cum ergo iste Jonadab, sicut alii Rechabite, qui cum extranei forent à populo gentilico, se tamen Israelitis adjunxerant, in tabernaculis agerent, et copiosos alerent ovium greges, juxta cameram illam pastorum versabantur, quo tempore Ochoziae fratres extincti sunt. Cum autem Jonadab potens esset, Jehu suâ plurimum interesse putabat, si illum suis partibus quamprimum adjungeret. Quare cum primum habuit obvium, benedixit illi, id est, salutavit amicum, et omnia bona precatus est. Cumque sui studiosus esse cognovisset, deque illius in se constanti fide non dubitaret, assumpsit secum in curram, deduxitque in Samariam, ubi si quae ex Achab familia reliquae supererant, omnino delevit.

ET DEDIT EI MANUM SUAM. Dare manum, licet subjectionem aliquando denotet, nonnunquam tamen amicitiam et foedus aut recentem init, aut initum confirmat. Sic Paulus ad Galat. 2, v. 9: *Qui videbantur columnae esse, dexteras dederunt mihi, et Barnabae societatis.* Et concordia in matrimonio consortis conjugum manibus significatur. Tob. cap. 7, novorum conjugum dexterae junguntur, et passim videmus in antiquis nummis complicatas manus cum hac inscriptione, *Fides, aut amicitia, aut foedus*. Dum ergo manum Jehu posebat sibi dari à Jonadab, societatem petit aut tunc primum iniri aut initam ante confirmavit in posterum.

VERS. 18. — *CONGREGAVIT ERGO JEHU OMNEM POPELUM ET DIXIT AD EOS: ACHAB COLUIT BAAL PARTIM, etc. (1).* Ex hoc loco ad versum 23, nihil

(1) Mentitur Jehu, sed officioso, et ad bonum finem, ut omnes cultores Baal in unum colligat et mactet, quod Deus ei jussisset, quodque alia ratione perfici vix poterat. Unde ipse putabat hoc mendacium sibi esse licitum, imò necessarium, honestum et pium. Ita Theodor.

admodum astu Jehu sacerdotes omnes Baal, et omnes illius cultores, simulato sacrificio, in illius honorem, in templum conclusit, et ibi est obscurum, tantum enim refertur, quem

et Procop. Licet enim hoc ejus mendacium ex genere suo esset perniciosum, quia erat simulatio, imò professio idololatriæ, quæ idcirco scandalum publicum, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 111, art. 4, ad 2. Franc. Suarez tract. 1. de Fide, disp. 14, sect. 4, n. 9; Greg. de Valentia tract. de Fide, disp. 4, q. 5, puncto 2, imò S. August. lib. contra mendacium, cap. 2, hoc Jehu mendacium vocat impium, ideoque eum non pro illa simulatione, sed pro obedientia, quia jussu Dei occidit posteros Achab, à Deo fuisse laudatum et remuneratum asserit, additque: *Visum est quibusdam Catholicis Præscilianis se debere simulare, ut eorum latebras penetrarent; quod ego prohibens, ait Augustinus, scripsi librum contra mendacium.*

Tamen multa sunt quae Jehu excusant, et hoc ejus mendacium potius officiosum quam perniciosum fuisse ostendunt. Primum est intentio loquentis, nimirum quod illud dixerit non serio; non enim intendebat colere Baal, sed fectè et simulatè, ut omnes cultores Baal in unum colligeret, et collectos omnes quasi victimas divinae Justitiae mactaret, ut Deus ei jussisset, quod alias facere nequiverisset. Unde S. Hieronymus in cap. 2 Epist. ad Galat., omnino excusat Jehu, docetque nullam esse simulationem, et quoque exhibendam, dummodo caveatur mendacium. *Utilem, ait Hieronymus, simulationem assumendam esse in tempore, Jehu regis nos docet exemplum.* Idem censet Abulensis, Cajetanus et alii. Imò Adrianus in 4, q. 1, de Baptismo, in resp. ad 5, ait licere celare fidem per professionem falsae religionis, si justa subit causa; quod tamen alii passim improbant et rellunt, ac merito.

Secundum, quòd simulatio et fectio haec Jehu brevissimo tempore duravit; unde exiguum fuit scandalum: nam mox visuri erant universi animum loquentis plane contrarium; moram ergo modici temporis Jehu pro nihilo reputavit.

Tertium, quòd non jussisset vel exhortatus sit Baalitis ad sacrificandum Baal, sed tantum dixerit: *Ego colam eum amplius*, quæ voce tantum intendit occasionem dare Baalitis, ut animum suum aperiret, et militiam idololatriæ mente conclusam proderent, ut illam deinde ipse succideret. Sic medici dant pharmaca, quae humores pravae commoveant, ut eos deinde emicantes expellant, itaque homini salutem restitunt. Sic principes mittunt exploratores ad hostes, qui se eorum amicos simulent, ut eorum consilia resciscant, principibus renuntient; ut fecit Chusi transfugiens ad Absalomem, ibique dissipans consilia Achitophelis, 2 Reg. 15, v. 14. Sic heri explorant fidem servorum et ancillarum, hinc inde ponendo nummos, ut videant an ipsi eos auferant et furentur, an verò fideliter ad herum referant. Hi ergo dant quidem occasionem furti, non tamen ad illud incitant vel invitant.

ad unum omnes interfecerit, et Baalis abilito malè simulacro nefariam illius religionem à Jezabele primum inductam ex Israele toto relegavit. (1)

Dices: Jehu implicite suo exemplo invitavit Baalitis ad sacrificandum Baal. — Resp.: Jehu non invitavit, sed occasionem tantum eis dedit sacrificandi, quam scilicet illos arreptos, idque permittit, ut quod facerent publicè, itaque se detegerat, ut ab eo puniri plectique possent. Satis enim erat unum actum sacrificii publicum permittere ad redimenda tot privata eorum sacrilegia. Satis erat sinere eos publicè semel idola colere, quam privatim milites et milites, ut hac permissione idololatriam Baal funditus excinderent. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 20. — SANCTIFICARE DIEM SOLEMNE BAAL. Hebræus, ad litteram: *Sanctificate interdium*, indicite festis, vel abstinentiam, generalem populi conventum, festum solemne, et feriatum in honorem Baal; et roborant, vel convocaverunt. Sæpe alibi animadvertere licet, *sanctificare* usurpari pro generali edicto, indicere festum, vel jejuniun, vel coetum aliquem, sive religionis, sive reialicijus gravis et publica gratiâ, sive in honorem Dei. (Calmet.)

VERS. 21. — ET VENERUNT CUNCTI SERVI BAAL. Servos vocat devotos Baal, præsertim sacerdotum, ut patet vers. 19, unde et vers. seq. iussit eis dari vestes, scilicet sacerdotales et sacras: nec enim videatur omnes omnino, qui Baal adorabant, venisse, aut tentos uno capi potuisse. Sic Actor 17, 4, *colentes* vocant viri pii et religiosi, Deum piè colentes. Abul. tamen censet omnes omnino profites cultum Baal vocatos venisse ad diem solemne Baal: licet enim tempore Achab fuerint illi in magno numero, tamen paulo post agente Josaphat rege pio, multi ex eis ad cultum unius veri Dei redierunt.

ET REPLETA EST DOMUS BAAL A SUMMO USQUE AD SUMMUM scilicet ab extremo in extremum. Sept.: *Et repleta est domus super os*; Chald.: *Et angulo in angulum*.

VERS. 22. — PROFERTE VESTIMENTA UNIVERSIS SERVIS BAAL, scilicet sacerdotalia vel sacra, quibus utebantur Levitæ et Nathinæi, sive ministri sacerdotum; non ergo dedisti vestes laicis in præmium. Hæc enim magna multis fuisset idololatriæ et peccati illecebra, ut pro vestibus se cultores Baal esse mentirentur: Addit Abulensis, Jehu eis victimas ad sacrificium suppeditasse et invitasse ad sacrificandum, idque sine culpa. Verum id dici nequit: invitavit enim ad sacrificandum idolo, culpa est et scelus, quocumque fine id fiat. Sufficit ergo Jehu, quod eis paratos ad sacrificandum permittit sacrificare.

VERS. 23. — SED UT SINT SERVI BAAL SOLI. Nolle se dicens, ait Josephus, *ut sacris eorum alienus ac profanus ullus se ingerat*. Prudenter id providit Jehu, ne quis innocens Deique cultor, sed soli nocentes Baalite maerentur. (Corn. à Lap.)

VERS. 24. — INGRESSI SUNT IGGITUR UT FACERENT VICTIMAS. Littera textûs exprimit, tunc primum illos templum subisse; reverà tamen diu antea sacras aedes ingressi fuerant, neque nisi in

VERS. 20. — VERUMTAMEN A PECCATIS JEROBOAM FILII NABATH, QUI PECCARE FECIT ISRAEL, NON RECESSIT, NEC RELIQUIT VITULOS AUREOS. Quemadmodum aureos quoque vitulos, quos Jerooboam secleratè conlaverat, exterminare voluerit Jehu, et ex Israeliticis finibus omnem gentilem impietatem expellere, neque tamen cogitata eodem templo distributa sacra vestes videntur. *Ingressi sunt*, ponitur pro, *ingressi erant*.

VERS. 25. — MILITIBUS ET DUCIBUS SUIS. Hebr. *Cursoribus et schalischim suis*. Cursoribus ipsi sunt corporis custodes. Adonias filius Davidis regium apparatus affectans, prodiit stipatus curribus et equitibus, adque quinquaginta viros, qui sibi præcurrerent. Exponens Samuel Hebræus, quid illis expectandum esset à rege, denuntiavit futurum: *Filios vestros tollet, et faciet sibi equites et præcursores*. Nominis igitur cursorum designari videntur pedes corporis custodes. *Schalischim* inter primos erant regni præfectos, ut alibi demonstratum est.

PERCISSEUNTQUE EOS IN GRE GLADI, ET PROJEGERUNT MILITES ET DUCES; ET IERUNT IN CIVITATEM TEMPLI BAAL. Quenam urbs ista, templi Baalis religione sacra? Samaria facili, regni Israeliticæ metropolis. Hoc si admittamus, quale igitur fuit templum, ubi sacerdotes omnes Baalis trucidati sunt? An credibile est, Jehu non eos convocasse in templum urbis potissimum, siquidem plura eidem numini sacra in urbe fuerint? Non immerito reputaverimus, coegisse Jehu primum sacrificulos hosce in templum extra Samariam, facili ut populi turbas vitaret, ac ne quis ex his sacerdotibus sese subduceret, deinde verò missis suos in aleum templum intra urbem; vel interfectis sacrificulis omnibus Baalis in templo Samaria, milites suos in aliam vicinam urbem misisse, vel in cæteras, ubicumque templa Baali sacra stabant. Hebræus, ad litteram: *Percusserunt eos ad os gladii, et projecerunt*, (id est, auctore Ludovico de Dieu, projecerunt se extra templum Baalis, celerim egressi sunt. Equidem cur projicienda erant extra templum cadavera sacerdotum Baalis, quos trucidaverant?) et *ierunt usque ad civitatem domus Baal*; ad urbem cognomento templum Baalis. Sunt qui reddant: *Et regressi sunt in urbem, in templum Baal*. Alii: *Ierunt ad intimas usque fani partes, atque, ut ita dicam, usque ad arcem templi Baal penetrarunt*. (Calmet.)

FACTUM EST AUTEM CUM COMPLETUM ESSET HOLOCAUSTUM. Hebr. Chald. et Septuaginta Romana habent in singulari: *Cum consummasset*, scilicet summus sacerdos Baal. Septuaginta Regia et Complut. habent in plurali: *Et factum est ut compleverunt facientes holocaustum*, utrumque verum: plures enim in pluribus altariis plura offerbant holocausta. (Corn. à Lap.)

VERS. 27. — FECERUNT PRO EA LATINAS. Fanum Baalis destinarunt in commodum populi, ut ibi naturæ necessitati satisfacerent. Profirmis poenæ genus recurrit in I Esdræ v. 16, 11; edicto enim suo pro Judæis lato minitatur Artaxerxes, redacturum se in loca publica aedes illorum, qui jussionibus suis resistierat. Idem habes in Daniele 2, 5, neque unicum est ejus rei exemplum in Orientis historia. (Calmet.)

perfecerit, sed potius ipse quoque dum allos metuat, et suo imperio cavere studet, vitulos adoravit, explicuit optimâ similitudine Oseas cap. 7, ut nos pluribus explicuimus, quæ, quia ad historiam de quâ nunc agimus plurimum refert, libet eorum aliqua, quæ illic adduximus, hinc quoque transcribere.

In eo capite Oseas, qui non longè post hæc tempora prophetavit, docet quemadmodum Deus sanare voluerit Israel, religione gentili et peregrinis moribus infectum, et quemadmodum pailsper sub initium regni Jehu ab idolomania respirarit, brevi tamen ipso Jehu deficiente, ad ingenium et impietatem redierit. Sic enim explicio illud v. 1: *Cum sanare vellem Israel, revelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samaria*. Quasi dicat Deus, pullulasse repente scelus, quod videbatur esse compressum.

Deinde vers. 4 docet quemadmodum à tempore, quo sub Jerooboam decem tribus recesserunt à duabus aliis, et à templo omnes reges, qui Jerooboam loco successerunt, eodem quo illi errore decepti ad idololatriam deluxerunt; id enim valet, *omnes adulterantes quasi cibanos successus à coeunte*. Et quidem de omnibus subjicitur illud quasi legitimum: *De via Jerooboam non recessit, qui peccare fecit Israel*.

